514.7[1]

DE ADRIANI Turnebi Regij philoſophię profeſſoris MORTE DIALOGISMVS.

Autore Michaele Ripautio Pariſienſi.



PARISIIS.

Proſtant exemplaria apud Thomam Richardum, ſub Bibliis aureis è regione collegij Rhemenſis.

1565

Adriani Turnebi dialogiſmus.

VIATOR PHILOMVSVS

Dic mihi, ſi noſtris hoc vis concedere votis,
Quid ſibi portẽdit mœſta choréa mali?
In qua conſpicio vultu præſtante puellas
Ter tres, largifluo fonte rigare genas.
Et ſtrepitu magno contundere pectora pugnis,
Vnguibus & roſeas dilacerare comas.
Phi. *Sunt Muſæ, magni proles veneranda tonantis,*
Quas in Pieria Mnemoſine peperit.
Via. *Sed quis is eſt nulla tectus lanugine malas*
Intonſus iuuenis qui gerit ora Dei?
Qui ſtans in medio telis pharetráque relicta
Turbatus luctu pectine pulſat ebur?
Ph. *Ille eſt præcipitis mirandus conditor anni,*
Virgine latona pulcher Apollo ſatus.
Quem penes eſt vnum vaſti dimenſio cæli,
Qui celeri motu ſydera cuncta rapit.
Qui primus vires herbarum artem que medendi
Mortales docuit, quique futura canit.
Ipſius auxilio modulamur carmina neruis,
Hic eſt Aonij rexque decuſque chori.
V. *At cur in numerum terram plaudente chorea,*
Atque manu crines dilacerante gemunt?
Author quis luctus? miſeri quæ cauſa doloris

Hoc rogo reſponſis, ſi lubet, adde tuis
Deſlent Turnebum quem mors circuntegit atra, Ph.
Ac eius cantu triſtia fata ſonant.
Nonne vides mœſtas reſoluto crine ſorores
Triſtifico querulos ore ciëre ſonos?
Aſpicis vt Phœbus clarum deploret alumnum
Inſanos planctus nunc reſonante Chely
Heu qua voce gemit, quo vultu lumina torquet!
Heu quos ſingultus voce gemente trahit!
Non ſic purpureum Cypris plorauit Adonim,
Illum cum rabidus dilaniauit aper.
Nec ſic excuſſum monſtris lacerantibus artus
Hippolitum fleuit caſta Diana ſuum.
Vix ego crediderim tantas fudiſſe querelas,
Dum querit natum lata per arua Ceres
Denique non tantos profundit pectore quæſtus,
Infandum reſonat dum Philomela nefas.
Sed non immerito tantis plangoribus auras
Doctus Apollo replet Pieridumque chorus.
Hic etenim fuerat Muſarum gratus alumnus
Dictus in illius decubuiſſe ſinu.
Fontibus & puris puros hauſiſſe liquores,
Quà ſe Parnaſſus tollit ad aſtra biceps.
Tum vigili ſtudio magnum ſuperaſſe Platonem
Dicitur, & cunctos ſedulitate ſophos,
Huic igitur Phœbus monumentum & pignus amoris
Eſſe dat, vt varia quærat ab arte decus
Et reliquos omnes propriis ſuperauit in armis.
Sic præter reliquos ingenioſus erat.

Sed ti tibi quid prodeſt ſtudio luſtraſſe peremni
Turnebe, & doctos excoluiſſe libros?
Cum noſtros rapiant annos crudelia fata,
Et properet celeri liuida parca manu.

V. *Ergo Turnebus noſtri flos inclytus æui*
Infernos viſit morte premente lacus?
Ergo Turnebum quo non præſtantior alter
Laudibus & fama tam breuis vrna teget?
Ergo tanta viri ſub terras ibit imago,
Cui nullum cernant ſecla futura parem:

Ph. *Vt poßit rigidæ corpus ſuccunbere morti*
Et verti in putrem molle cadauer humum:
Non tamen occultis poterit ſuccumbere fatis
Ignea mens cœlum ſpeque fideque petens.
Nec totus Turnebe breui abſconderis in vrna,
Viuet at in mundo pars quoque magna tui.
Dum ſolito curſu luſtrabit lampade terras
Cynthius, & poſt ſe ſydera clara trahet.
Dum ſophiæ numen per Gallica rura coletur:
Dumque viri muſis inuigilare volent.
Semper honos Turnebe tuum laudeſque manebunt
Atque premes fama lucidiore ſophos.
At vos diuini vates quicunque valetis
Carmine, vel cantu, vel reſonante lyra,
Carmine Turnebum ſacro cantuque ſonate,
Et laudes eius tollite ad aſtra poli.
Nullus enim vixit lato ſpectandus in orbe
Ingenio maior vel pietate prior.

FINIS.

524932

Sed ti tibi quid prodeſt ſtudio luſtraſſe peremni
Turnebe, & doctos excoluiſſe libros?
Cum noſtros rapiant annos crudelia fata,
Et properet celeri liuida parca manu.
V. *Ergo Turnebus noſtri flos inclytus æui*
Infernos viſit morte premente lacus?
Ergo Turnebum quo non præſtantior alter
Laudibus & fama tam breuis vrna teget?
Ergo tanta viri ſub terras ibit imago,
Cui nullum cernant ſecla futura parem:
Ph. *Vt poßit rigidæ corpus ſuccunbere morti*
Et verti in putrem molle cadauer humum:
Non tamen occultis poterit ſuccumbere fatis
Ignea mens cœlum ſpeque fideque petens.
Nec totus Turnebe breui abſconderis in vrna,
Viuet at in mundo pars quoque magna tui.
Dum ſolito curſu luſtrabit lampade terras
Cynthius, & poſt ſe ſydera clara trahet.
Dum ſophiæ numen per Gallica rura coletur:
Dumque viri muſis inuigilare volent.
Semper honos Turnebe tuum laudeſque manebunt
Atque premes fama lucidiore ſophos.
At vos diuini vates quicunque valetis
Carmine, vel cantu, vel reſonante lyra,
Carmine Turnebum ſacro cantuque ſonate,
Et laudes eius tollite ad aſtra poli.
Nullus enim vixit lato ſpectandus in orbe
Ingenio maior vel pietate prior.

FINIS.

5264932

Sed ti tibi quid prodeſt ſtudio luſtraſſe peremni
Turnebe, & doctos excoluiſſe libros?
Cum noſtros rapiant annos crudelia fata,
Et properet celeri liuida parca manu.
V. *Ergo Turnebus noſtri flos inclytus æui*
Infernos viſit morte premente lacus?
Ergo Turnebum quo non præſtantior alter
Laudibus & fama tam breuis vrna teget?
Ergo tanta viri ſub terras ibit imago,
Cui nullum cernant ſecla futura parem:
Ph. *Vt poßit rigidæ corpus ſuccunbere morti*
Et verti in putrem molle cadauer humum:
Non tamen occultis poterit ſuccumbere fatis
Ignea mens cœlum ſpeque fideque petens.
Nec totus Turnebe breui abſconderis in vrna,
Viuet at in mundo pars quoque magna tui.
Dum ſolito curſu luſtrabit lampade terras
Cynthius, & poſt ſe ſydera clara trahet.
Dum ſophiæ numen per Gallica rura coletur:
Dumque viri muſis inuigilare volent.
Semper honos Turnebe tuum laudeſque manebunt
Atque premes fama lucidiore ſophos.
At vos diuini vates quicunque valetis
Carmine, vel cantu, vel reſonante lyra,
Carmine Turnebum ſacro cantuque ſonate,
Et laudes eius tollite ad aſtra poli.
Nullus enim vixit lato ſpectandus in orbe
Ingenio maior vel pietate prior.

FINIS.

5264932